

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Mulier ac

Propter quod Hugo, in libello Ad socium volentem nubere,  
super illud Proverbium v<sup>to</sup>  
'Favus distillans labia meretricis et nitidius guttur eius oleo',  
dicit sic:

[Cap.32: *De eodem*]

In favo enim duo sunt, mel et cera. Et in facie mulieris similiter duo, scilicet decor et gracia, hec est pulcritudo oris, et dulcedo sermonis. Cera succedit ignem, mel prebet dulcedinem. Sic pulcritudo fatue mulieris ignem libidinis inflammat, blandimento lenocinantis sermonis mentem subvertit. Stillat mel de cera dum mulier sua verba mollit et facit dulcia. Hanc autem dulcedinem eterne mortis amaritudo comitatur. Unde sequitur ibi 'novissima illius amara quasi absinthium et acuta quasi gladius biceps'.

Diligit mulier ut decipiatur, decipit ut capiat; amat quod habes, non quod es.

*Scotichronicon*, 14.31-32 (Watt ed., vol.7. p.350, ll.92-94, 1-9.  
[The source is correctly identified, but authorship misattributed to Hugo of St. Victor: p.501, n.106-108]

Fauus distillans labia meretricis et nitidius guttur eius oleo et cetera.

In fauo enim duo sunt: mel et cera; et in facie meretricis similiter duo, scilicet decor et gracia, hoc est pulcritudo oris et dulcedo sermonis.  
Cera succedit ignem, mel prebet dulcedinem;  
sic pulcritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento uero lenocinantis sermonis subvertit mentem. Stillat mel ex cera dum meretrix uerba sua mollit et facit dulcia.  
Hanc autem dulcedinem eterne mortis amaritudo comitatur.  
Vnde sequitur ibi: nouissima illius amara quasi absinthium et acuta quasi gladius biceps.

Diligit mulier ut decipiatur, decipit ut rapiat; amat quod habes, non quod es.

Hugo ibidem (in libello ad socium uolentem nubere).

*Manipulus florum*, Mulier ac

Et in eodem (*Prov. 5:3*) scriptum est:  
Favus distillans labia meretricis, et nitidius guttur ejus oleo.

Hugo de Folieto, *De nuptiis*, 1.2 (PL 176, col.1207A).

In favo mellis duo sunt, id est, mel et cera. In facie meretricis similiter duo, scilicet decor et gratia, hoc est pulchritudo oris, et dulcedo sermonis.  
Cera succedit ignem, mel praebet dulcedinem.  
Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento vero lenocinantis sermonis subvertit mentem. Stillat mel ex cera, dum meretrix verba sua mollit et facit dulcia.  
Hanc autem dulcedinem aeternae mortis amaritudo comitatur.  
Unde sequitur: Novissima illius amara quasi absinthium, et lingua ejus acuta quasi gladius biceps.

Mors aeternae damnationis per gladium, amaritudo vero desperationis per absinthium designatur. *Custodi ergo animam tuam a muliere mala, et a blanda lingua extraneae, non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum: ne rapiaris nutibus illius, pretium enim scorti vix est unius panis* (*Prov. VI.*).  
Diligit mulier, ut decipiatur, decipit ut rapiat. Amat quod habes, non quod es.

Hugo de Folieto, *De nuptiis*, 1.2 (PL 176, col.1207B-C).